UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Disputatio || excellentium. D. doctoru[m] Iohannis Eccij & || Andre[a]e Carolostadij q[uae] cepta est Lipsi[a]e || XXVII. Iunij. An. M.D.XIX.

**Eck, Johannes**
**Karlstadt, Andreas**

**[Erfurt], 1519**

**VD16 E 320**

Carolostadius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-32477**

Visual Library

## Caroloſtadius.

¶ Pꝛimũ mihi placet ꝓteſtatio egre: d.d. nam et ego ꝓteſtoꝛ ⁊ peto. Cũ ante
tps breue ſit ⁊ ad ſingula rñſa nequeã opponere. duntaxat ea tangã que egre:
d.d. amicũ meũ in meã ſententiã traxiſſe videntur. Uidelicet reſponſio data ad
Eſaiam omnes iuſticie nr̃e ⁊c̃. Ubi egre. d.d. reſpondendo dixit quod omnes
iuſticie noſtre compate ad iuſticiã diuinam ſunt tenebre et iniuſticia hoc mihi
placet. ⁊ conſequitur ex eo quod iuſtus faciendo iuſticiam ſemper facit iniu
ſticiam. Si ſua iuſticia fuerit collata ad diuinam iuſticiã laus deo. Ceterũ cũ
dicit quod p̃cib: eccleſie non aufertur ſpes a bonis oꝑib: ſed pꝛeſumptio. facile
eiꝰ ſententie accederem. ſi eccleſia ita diceret. qui de bonis oꝑibꝰ nõ habemꝰ
pꝛeſumptionẽ. ſed cum dicat non habemus fiduciã. videtur ſublata etiã ſpes.
¶ Poſtremo Rogo d.d. dicat mihi ſi Paulꝰ fuerit baptizatꝰ vel ne. qñ epl̃as
ad Ro: ſcripſit ſi fuit baptizatus tũc male appellat concupiſcentiã peccatũ
pꝰ baptiſſimũ. cum dicit. Nunc autẽ iam non ego opoꝛ illud. ſed quod habi
tat in me peccatũ. teſtimoniũ eſt ap̃licũ quod apoſtolus pꝰ baptiſſimũ con
cupiſcentiam in carne ſua vocat peccatũ. ergo nemo repꝛehendendꝰ ſi modum
loquendi ap̃licũ vel fuerit aſſequutus vel imitatus. contra alia ꝓpter volun
tatem dñoꝝ mihi non licet opponere. Dixi.

Rñdit Eckius ſic ſic

## Eckius.

¶ Dimiſſis duob: q: hoc ſemper fuit indubitatũ apud ſcholaſticos. qđ petit
ex me ſcire de Paulo dico breuibus tria Pꝛimo. quod oꝛigenes Hiero: et Iſido
rus lib: 2. de ſũmo bono volunt ap̃lm loqui de conſuetudine peccandi. quam
habuit ſub lege. illa impellebat eũ ad malũ. Secundo. quod oꝛigenes reputat
ꝓbabile et ſanctus Paulinus ad Seuerũ teſtatur apoſtolum non loquutũ
pꝛo ſe ſed in ꝑſona infirmoꝝ. que aliqñ fuit ſententia b. Augu: 6. ꝯ iuli: c. ii.
Tertio dico. Eſto quod ꝑ peccatũ hic intelligat̃ concupiſcentia. tñ peccatum
ibi accipit ꝓ pena peccati. Ut ex Auguſtino lib: 6. cõtra Julianũ. c. 5. expꝛe
liquet et in ſuperioꝛib: diximus. peccatũ aliqñ accipi ꝓ pena peccati. vt qñ pꝛo
moꝛtuis oꝛamus vt a peccatis ſoluãtur ſicut docte tradit Johãnes picus co
mes mirandulanꝰ concluſione ij apologie. Ergo concupiſcentia pꝰ baptiſmũ
peccatũ dicitur. ſicut ſcriptura aliꝗ dicitur eius eſſe manus. Quare ſi ꝯcupi
ſcentiã dicitis peccatum ad modum iam declaratũ facile aſſentio ſi autẽ pꝛm
pꝛo culpa et reatu ſumitis manib: et pedib: diſſentio. Tamẽ hoc addo ꝓcoꝛol
lario. Non ſemper licere vt modũ loquendi etiã ſanctoꝝ pꝛm teneamus: qm̃
etſi vulgatiſſimũ ſit Mariã fuiſſe appellatã m̃rm chriſti tñ conciliũ decreuit ꝑ
tẽpere vt nõ Chriſtotokos: ſed theotocos diceret Illa cũ ſuperioꝛib: ſubijcio
maioꝛibus meis paratus emendari.

Χριστοτο κοσ θεοτοκοσ

Caroloſtadius dixit
Et ego ſubijcio.

# Finita eſt diſputatio. M.D.xix.

xv. Julij que erat dies veneris horam circiter
ſecundam qua finita magiſter Jo: Langius
Lembergeñ. gratias egit oratione cõmenda-
toria. Concluſum eſt cum cantico Te deũ
laudamus.